

appellatum, ad hoc ut possit procedere, quia expressa remissio non est necessaria, ut tenet Cardin. Alexand. in c. ut debitus honor, num. 28. vers. gl. in verbo, alioquin. & ibi Franc. n. 47. additio, ad Rotam decis. 3. vers. fm. ²⁴ de appell. in noviss. Imò isto casu iudex à quo poterit sine alia remissione procedere, etiam si fuisset vigore appellationis inhibitus, quia inhibicio erat accessoria appellationi, cuius sequitur naturam, qua deficiente corrui remissio, & sic rectè poterit procedere non moderata inhibitione, tenent ultra Doctores citatos Franc. Card. Alexand. in additio. ad Rotam, ubi proximè, tenet etiam Scaccia de appell. q. 17. limit. 47. memb. 3. sub n. 34. ubi quòd multo magis dicitur revocata inhibicio, si causæ expressè fiat remissio, Rota decis. 1. alias 138. si appelletur in fin. de off. delega. in noviss. & decis. 65. alias 411. si appelletur vers. fin. de appell. in noviss. qui omnes contrarium affirmant, ubi iudex à quo appellationi detulit, quia tunc non potest procedere, etiam si malè ²⁵ appellatum pronuntiat, nisi expressè causa iterum ibi remittatur.

Et ad intelligentiam prædictorum obiter adverte, ²⁶ quòd iudex à quo potest valide in causa procedere, pendente appellatione, ab interlocutoria, etsi iterum sibi vel tacite vel expressè remittatur, & iterum à remissione appelletur, interim per eum gesta valent, non obstante appellatione à remissione tacita, vel expressa, pendet tamen validitas à futuro eventu, quia si tandem gravatus obtinuit bene appellatum, per ultimum appellationis iudicem revocabitur totus processus primi iudicis, factus post appellationem, latè explicant distinguendo inter causas connexas & separatas Philip. Franch. in c. super eo, n. 8. & sub n. 9. de appell. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 2. sub 28. & lim. 29. nu. 1. latè etiam Scacc. de appell. q. 18. limit. 47. memb. 2. à n. 9. cum seqq. quod corroboratur ex eo, quod dicit Marquessa, tract. de commiss. 1. part. cap. 22. nu. 31. fol. 248. post Abb. & Doctores, in cap. cum in tua, de ord. cognit. & regulam Cancell. 44. Lanc. de attent. 2. p. c. 20. lim. 2. in princ. Rota ²⁷ decis. 2. de off. delega. in novis, dicentes quod appellation non datur à moderatione inhibitionis, per quam moderationem alteri iudici causa remittitur, licet contrarium videatur tenere Capic. dec. 144. n. 6. Rota dec. 46. de appell. in novis, quos reprobatur Marquess. ubi proximè.

²⁸ Isthac nostra resolutio limitatur, ut minimè procedat, quando tertius iudex, hoc est, ille, qui adeptus est super cognitione appellationis interpositæ ab hac tacita vel expressa remissione, & revocatione inhibitionis, nam si hic tertius iudex inhibuisset in primo inferiori, postmodum nullatenus poterit procedere in causa, sed in ea supersedere virtute huius ultimæ & novæ inhibitionis, cuius processus & sententia nullatenus valent, sed vicio attentatorum subiceretur, ut per Rotam decis. 1. alias 138. si appelletur, de off. delegati in noviss. & decis. 65. alias 461. de appell. in noviss. Tenet Lancelot. pluribus locis sui tract. de attent. 2. p. c. 12. lim. 20. n. 2. ad fin. & iterum eadem 2. p. c. 20. de attentatis post inhibitionem lim. 2. ampliatur. 4. n. 17. & lim. 3. n. 5. Sequuntur Scaccia ubi proximè sub n. 11. & n. 27. & quest. 17. limit. 46. memb. 2.

Et ultimo loco pro declaratione præfati Concil. Tridentini d. sess. 24. de reformat. cap. 20. ubi principalem sententiam, & dispositionem, scilicet, ut nullus superior de prima instantia cognoscat reservata ordinario; limitat in vers. nisi Episcopo, ibi, nisi Episcopo proprius requisito, eoque negligente procedat, &c. quibus verbis datur facultas superioribus, ut ob negligentiam, & tarditatem administrandæ iustitiæ, causas in prima instantia terminandi Episcopo, advertendum est, circa istam requisitionem ut Joan. Andr. in cap. dilecto, de appellat. videtur velle, hanc monitionem trinam esse debere, dum dicit quòd si iudex tertio monitus non pronuntiat super exceptionibus, aut non procedit in

causa, causa forte vexandi excipientem superfedet, posse ab hoc gravamine licite appellari, quod videtur etiam probari in cap. 1. de supplenda neglig. Pralato, cum quo etiam refidet Panorm. in cap. ex part. 2. de appellatio.

Sed contrarium, imò ut unica monitio, seu requisitio sufficit, & trina procedat ad maiorem cautelam, & ex superabundanti, videtur verius, namque semel iudicem requirere sufficit, l. Titia Seio, §. usuras, & ibi etiam Bart. ff. de legat. 2. & in l. mora, ff. de usuris, & hanc etiam opinionem sequitur contra intentionem tacite inductum à Joan. Andr. affirmat Philipp. Franc. in d. c. ex parte el. 2. de appell. post princ. vers. quid autem si iudex, tamen ad maiorem cautelam, & ut magis indubitanter appareat de negligentia iudicis, securius erit, & commodius trina adversus eum monitio requisitione uti, quo articulo & sequenti exactius videre poteris infra lib. 3. c. de arbit. 13. vers. quibus convenit. &c. à n. 69.

Ex his nec inutile erit, scire, an ab huiusmodi tarditate, & negligentia iudicis in non administrando parti iustitiam appellationi emisse non deferens violentiam adesse dicitur. In quo affirmative respondeo, scilicet, vim esse, & appellationi deferendum, ut per gloss. in c. de appellat. ad fin. in 6. & in c. ad aures de simonia, Philip. Franch. in c. ex parte el. 2. de appell. supra cit. loco, l. fin. §. illud, C. de temporibus appell. & ibi Bald. facit l. nullus de jur. patr. Innocent. in c. ex conquisitione in prin. de rescriptis. spol. & sequitur B. in l. quamvis col. penult. ff. de damno infesto, & in auth. ut differentes iudic. per tot. & facit Concil. Trid. supra, apud quos etiam videre poteris, an postquam sic ob iudicis tarditatem & negligentiam gravatus superiorem adhibuit, an inferior possit huiusmodi gravamen reponere, & revocare, resolvers negatè, ex quo jam alteri causa commissa est. Vide Franch. loco relato ad fin. & quòd à iudice negligente, seu negante iustitiæ administrationem, vel causam diffinire, licita sit appellatio, probat gloss. in c. 1. de confessis lib. 6. Bart. in l. 1. nu. 7. de iur. iur. jud. Menoch. de arb. iudicium lib. 1. q. 70. à n. 15. plurimos Doctores de hac retractantes congestimus hac 2. p. c. 1. à n. 194. cum seqq.

Unum non omittam, ut scilicet illud decreti Trid. ³⁵ dispositio, licet habeat locum etiam in causis delegati ab Apostolica Sede, nam in prima instantia ordinario venit commissa, ut constat ex declaratione Cardinalium super verbis (causæ omnes, &c.) ibi. Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes, & beneficiis in prima instantia nunquam per signaturam iustitiæ, aliis committantur, &c. tamen Concilium limitatur in ³⁴ beneficiis reservatis Sedis Apostolicæ, nam virtute brevium Cameralium citantur possessores beneficiorum, ut etiam in prima instantia compareant Romæ circa causam tractandam, expressè declaravit eadem Cardinalium Congregatio super eodem c. 10. Concil. Trid. in sequentia verba: Item provisum per Sedem Apostolicam de beneficiis reservatis possunt virtute brevium in favorem literarum, seu nómine Cameræ Apostolicæ, ad accipiendam possessionem & auditori ejusdem Cameræ directarum citare, & ad iudicium coram eodem auditore Cameræ vocare possessores talium beneficiorum occupantes, & detinentes, ac si coram ordinario super possessorio tantum causæ ventilentur, & cum sententia super eodem possessorio prolata fuerit, potest pars adversa causam in curia committere, &c. de quo etiam nos dicimus infra à 5. p. tom. 3. prope diem edendo; & alias limitationes ad dictum Concilium videre poteris ex eadem declaratione.

Unam tamen Card. declarationem, & illam, quæ ³⁵ ibi apponitur super illis verbis (infra biennium, &c.) afferam insequentia. An hoc cap. quo cavetur, eas à locorum ordinariis esse intra biennium terminandas alioquin,

alioquin post id spatium liberum esse partibus, vel alteri illarum iudices superiores adire; habeat locum, si non steterit per iudicem, quo minus infra dictum tempus causam diffiniat, sed vel ob qualitatem causæ, vel patiant cavillationes; Congregatio censuit, si per iudicem non steterit, partes alios superiores adire non posse, facit, c. venerabil. de iudiciis, ubi Abb. alii, l. prope-randum, §. fin. autem §. de illis, C. de iudiciis. Et hætenus de declaratione, quam digito ligatam habet.

³⁶ Ultimò est advertendum, quòd omnia, quæ diximus de clausula (una cum toto negotio principali) eadem sunt repetenda in clausula (quam & quas) quia ejusdem est natura, & effectus, de qua latissimè videndi sunt Achilles dec. 14. n. 1. de rescriptis & dec. 22. n. 2. Cæsar de Grass. dec. 10. de iudiciis num. 2. Mohedanus dec. 162. ³⁷ Sane. irregul. cancell. de infr. rescriptis q. 34. n. 4. Grass. dec. 1. à n. 1. cum seqq. de iudiciis, & dec. 2. à n. 6. Veralli dec. 125. n. 2. p. 3. Staphileus de literis iustitiæ c. 8. per tot. Pe-regrin. dec. 94. lib. 1. Achil. de Grass. dec. 8. de rescriptis. Gomez. in regul. de infr. rescriptis q. 34. n. 4. Menoch. conf. 166. ³⁸ à n. 8. cum seqq. vol. 2. Mandos. in forma commiss. appell. §. unà cum toto negotio vers. 2. quæro. & idem Mandos. in commiss. 9. admissio. pro interesse. vers. quam & quas. Pazon. ad dec. Rota 23. voluerunt sub n. 3. de rescriptis in noviss. latè Marquess. per ampliaciones & falleutias in tract. de commiss. 1. p. c. 5. de commiss. appell. in Rom. Curia à n. 39. cum seq. fol. 48. & 2. p. c. 1. de commiss. sanatio. null. à n. 40. & seqq. fol. 335. Joan. Hier. Campanil. divers. jur. canon. ritbr. 11. c. 13. à n. 206. fol. 346. Et idem etiam dicendum de clausula (cum omnibus suis incidentibus.) de quibus clausulis videndi sunt Mandos. super regul. Cancell. de subrog. q. 14. n. 7. latissimè Marquess. d. c. 5. à 54. cum seqq. & num. 64. Bellamera dec. 619. Cassiad. dec. 9. n. 3. de causa poss. & propriæ. Achilles dec. 7. de attentat. Rota dec. 187. n. 6. & 7. p. 2. diversorum, & de clausula (cum toto negotio principali) latè ipse Marquess. d. 1. p. c. 5. à n. 65. ubi plurimos citat.



CAPUT XVIII.

A reservatione, quam facit iudex, declinatoriæ, seu alterius articuli incidentis, seu emergens in causæ; ad litem discursum, sive diffinitivam; appellationi interpositæ, an & quando ipse deferre teneatur; ubi etiam obiter, quid ab inordinato processu.

SUMMARIUM.

- 1 Reservationis articuli decretum an recipiat appellationem.
- 2 Et quid si non est additum, quod ex diffinitiva resultabit articuli reservati expeditio, an admittatur supplicatio.
- 3 Exceptiones, quæ statim post oppositionem requirunt examen, & cognitionem, quæ sint.
- 4 Exceptiones, quæ articuli præjudiciales quales sunt.
- 5 Præjudiciales articuli prius examinandi, ita ut in causa principali sit interim conquisitendum.
- 6 Præjudiciales exceptiones ad scriptas, vel respectivè ad alias quales dicantur remissivæ.
- 7 A reservatione articuli anteriorem cognitionem requirunt, an ad finem litis, seu diffinitivam, appellationi ut licite deferendum.
- 8 Reservatio exceptionis rei iudicæ ad diffinitivam est nulla.
- 9 Reservatio ad finem litis exceptionis, transactionis, aut iuramenti, est nulla.
- 10 Reservare ad litem discursum non potest iudex Salgado de Protect. Reg.

- exceptionem declinatoriam.
- 11 Reservare potest iudex prescriptionis exceptionem ad causæ discursum.
 - 12 Reservari quæ possunt exceptiones, & quæ non remissivæ.
 - 13 Reservari non possunt exceptiones declinatoriæ, & ex quibus ordo iudicii perveteretur.
 - 14 Articuli reservatio perveterentis ordinem juris, præbet causam appellandi.
 - 15 Exceptio declinatoria prius discutienda, & à processu ad ulteriora licet appellare.
 - 16 Exceptio declinatoria an expressam exigat pronuntiationem, vel tacita sufficiat.
 - 17 Super exceptione declinatoria an expresse teneatur pronuntiare delegatus, ita ut per processum ad ulteriora non sufficiat.
 - 18 Super exceptione surreptionis, potest delegatus expresse & tacite per processum ad ulteriora pronuntiare.
 - 19 Exceptio incompetentiæ recipit appellationem, ita ut si ab interlocutoria non appelletur, transit in rem iudicatam.
 - 20 Exceptio incompetentiæ interlocutoria tacita per processum ad ulteriora transit in rem iudicatam, si non appelletur ab ea.
 - 21 Incompetentiæ interlocutoria iudicis omnimoda carentis iurisdictione an transeat in rem iudicatam, sive apponatur, sive non, sive tacita, sive expressa.
 - 22 Litterarum falsarum virtute processus factus est nullus ipso iure.
 - 23 Iudex habens iurisdictionem, sed est omnimodo incompetens in aliquo casu, si se expresse declarat competentem, sententia transeat in rem iudicatam, si non appelletur, & processus tenet.
 - 24 Idem si citatus nihil opposuit, quia de casero non potest incompetentiæ tractari.
 - 25 Iudex delegatus prout ordinarius cognoscit de articulo an seu sit iurisdictione.
 - 26 Incompetentiæ eius, cuius iurisdictione per exceptionem eluditur, non requirit expressam declarationem, sed tacitam per processum.
 - 27 Recusationis exceptio ante ceteras debet proponi, & cognosci, alias in iudicem videtur consentire alia prius opposita.
 - 28 Exceptionibus generaliter oppositis, debet prius proposita intelligi exceptio contra iudicem, & cetera conditionaliter.
 - 29 De exceptione declinatoria & contra rescriptum, remissivè.
 - 30 Ab inordinato processu appellatio legitima est.
 - 31 Etiam in casibus, quibus à diffinitiva est prohibita appellatio, sive quoad unum, sive quoad utrumque effectum.
 - 32 Ordinis præposteratio appellationem permittit.
 - 33 Ordinem executionis præposterans executor illam reddit appellabilem.
 - 35 Exceptio contra testes ejus examen non impedit regulariter, sed in finem potest reservari.
 - 35 Reservare quas exceptiones contra testes non possit iudex in finem litis.
 - 36 Reservare vel cognoscere de exceptionibus contra testes in finem litis iudicis est arbitrium.
 - 37 Et ex quibus moveri debet iudex reservare, vel cognoscere.
 - 38 Reservare vel non exceptiones contra testes gravatur pars, à quo erit necesse appellare.
 - 39 A iudice ubi tenetur procedere judicialiter, si simul extrajudicialiter tantum, licita est appellatio.
 - 40 Reservare exceptionem nullitatis oppositam, non potest, sed ad omnia determinare.
 - 41 Exceptio nullitatis dicitur præjudicialis, & plus quam possessorium.
 - 42 Casus de facto refertur, quo à reservatione appellationi non deferentem vim fecisse, fuit obtentum.
 - 43 Exceptio inhabilitatis, est præjudicialis negotio principali, quo suspensio, debet prius examinari.